

7918 fragmenta tria eiusdem ut videtur tituli, rep. ad S. Catharinae de Pitinnuri, deinde Cagliari apud Petrum de Roma, qui dedit museo IND. TAVR., MARM. Ibi extant.

L · CORNEL ·
 M · FORVM
 pro VINCIAE
 O B M E R
 AERE · Collato

Recognovimus. Index Taur.; Gazzera act. Taur. 35 (1834) p. 48; della Marmora voy. II p. 484 n. 46; Caput p. 125 n. 6. 7. 11.

In primo male adhuc CORNEN; veram lectionem agnovit Schmidtus.

7919 Cornus SPANO. Nunc Sassari in museo.

<i>nos:</i>	<i>Spano:</i>
protome	caput
D M AGAI	D · M · CAIV
OII	SINCE

Ectypum dedit Schmidt, sed lectionis parum certae. Spano scop. del 1871 p. 8, cui dedit Angelus Ligiardi ingegnere.

7920 Cornus rep., est Bosae apud Moccium.

co NIVGI · VI
 CRESCEN
 Descripsit Schmidt.

7921 Cornus rep., est Cagliari in museo.

D M
 CRITON
 IVS HER
 MES FECIT
 5 FILIE SVAE

Recognovimus. Spano Bull. Sardo 1864 p. 96.

7922 Cornus rep. a. 1839, est Cagliari in museo ex dono Spani.

O · L · F ·
 IV

Recognovimus. Spano cat. p. 94.

7923 Cornus rep., est Bosae apud Moccium.

du CISSIMAE
 m. I · D · XIII

Descripsit Schmidt.

7924 Cornus rep., est Bosae apud Moccium.

XIT · AN
 VAI · HOI

Descripsit Schmidt.

7925 Cornus rep., iam Cagliari in museo ex dono Spani.

VS · EC

Recognovimus. Spano cat. p. 90.

7926 Cornus rep., est Bosae apud Moccium.

INFE

Descripsit Schmidt.

7927 Cornus rep., est Bosae apud Moccium.

V
 IN

Descripsit Schmidt.

7928 Cornus rep. a. 1838, iam ex dono Spani Cagliari in museo.

IN

Recognovimus. Spano cat. p. 92.

7929 Cornus rep. a. 1838, iam Cagliari ex dono Spani in museo.

IE

Recognovi. Spano cat. p. 93.

XII. Cuglieri. BOSA (Bosa).

Complectitur caput agrum Cuglieri et Bosae oppidorum cum vicis Sisiddu Scanu Flussio. Cuglieri plerisque fortasse recte creditur fuisse Gurulis nova in mediterraneis collocata a Ptolemaeo (3, 3, 7. 8, 9, 3; eadem videtur Ὀγρόλη vel potius Γρόλη Pausaniae 10, 17, 5). — Bosam habent Ptolemaeus (3, 3, 7) et itineraria (supra p. 778 c. VII), ille male

collocans inter oppida mediterranea. Ex titulis huius regionis unus n. 7930 repertus in litore infra Cuglieri terminus est inter Giddilitanos et Euthicianos, alter n. 7931 similis, certe et ipse, Euthicianorum; praeterea duo populi pariter ignoti sunt.

7930 litteris vetustis, quae adeo Sullanam aetatem praecedere videntur. Lapis longus metr. 1, latus cent. 70, ponderis chiliogramm. c. 100, rudis plane neque ulla parte levigatus. Rep. est prostratus in loco q. d. Sisiddu, qui ager est Iosephi Cocco Tipula, 6 chiliom. a Cuglieri, 1 chiliom. a mari, medius inter vicos Pitinnuri et Tre Nuraghe, 20 metr. a sinistra fluvii Doglio sive Riu Mannu. Dominus dedit museo Cagliariensi.

<i>a parte septentrionem</i>	<i>in latere</i>	<i>a parte meridiem</i>
<i>versus:</i>	<i>angusto</i>	<i>versus:</i>
TERMINVS	<i>mare versus:</i>	TERMINVS
GIDDILITA	OLLAM	EVTHICIANO
N O R V M		R V M
RAEFNPORTV		

Recognovi. Spano memorat *moneta di Dorio* (1868) p. 34, ed. *memoria sopra una lapida terminale trovata in Sisiddu* (Cagliari 1869. 8. pp. 47) et denuo *Badia di Bonarcadu* 1870 p. 43 seq. Vinc. Crespi *postilla sopra alla lapide terminale di Sisiddu* (Cagliari 1869. fol. pp. 8) dedit accurate incisam (inde item ligno incisam repetiit Desjardins *revue archéol.* N. S. 20 [1869] p. 347). Tractavit Bormann *Bull. dell' Inst.* 1869 p. 181 seq. Planitiem a dextra rivi sive ad septentrionem, dictam Oddine, hodie vici Tres Nuraghes, Giddilitanis Spanus tribuit, Euthicianis campum a sinistra sive ad meridiem vici Pitinnuri, quoniam titulus ita ut repertus est eo ducebat, ut Giddilitanorum latus, dum stabat loco antiquo, septentrionem spectaret, Euthicianorum meridiem. *Ollam* (sic enim lapis, non OLLA, ut dedit Spanus a. 1869 neque OLLEA, ut dedit a. 1870) videtur adscriptum, sicut vidit Renier apud Desjardinium l. c., ut significaretur sub termino illo ollas defossas esse loci determinandi causa etiam termino quandoque deiecto (cf. Hyginus p. 140 Lachm.: *aliquibus terminis nil subditum est, aliquibus vero aut cinus aut carbones aut testea aut vitrea fracta aut asses subiectos aut calcem aut gypsum invenimus*); nec recte opinor Spanus cum regione Oddine id composuit, vel cum antiqua turri ad fauces fl. Mannu dicta *Torre d' Oglia* in instrumentis antiquis, quae vide ne sint ex genere Arboreanorum. Prioris lateris v. 4 quid significet, parum constat; quod proposuit Bormannus *praefectura Nymphaei portus* parum satisfacit, at meliora non habeo.